

*Tu istunc bodie non feres, nisi das sequestrum, aut arbitrum,
Cuius haec res arbitrato fiat.*

Sed habemus quoque in libris nostris huiuscemodi sequestrum, qualis est is, cuius VLPPIANVS^{ss)} mentionem facit, dum *si quis*, inquit, *sponsionis causa annulos adceperit, nec reddit victori, praescriptis verbis actio in eum competit.* Cui simile est illud, quod idem iureconsultus dicit^{tt)}: *Si apud te pecuniam deposuerim, ut dares Titio, si fugitivum meum reduxisset, nec dederis, quia non reduxit: si pecuniam mihi non reddas, melius est, praescriptis verbis agere.* Non enim ambo pecuniam, ego et fugitivarius,^{uu)} deposuimus, ut quasi apud sequestrem sit depositum. Sed quid? Ergo talis homo sequester non est? nec sequestria aduersus ipsum datur actio? Est omnino sequester, sed in eo sensu, de quo iam nobis sermo est, non in strictiori illa significatione, de qua mox dicemus, neque ideo sequestraria datur actio, quae competit tantum aduersus illum, qui strictiori et angustiori significatione sequester dicitur, eaque iureconsultis nostris in primis sollempnis est^{vv)}. Sequestrem huiuscemodi hominem recte

ss) c. si gratuitam 17. §. ult. D. de praescript. verbis.

tt) c. si apud te 18. D. cod. tit.

uu) Fugitivarium hic esse eum, qui seruum fugitivum persequitur, adeoque ipsum Titium, perinde ut PAVLLO Lib. 1. Recept. sentent. Tit. 6. de fugitivu. §. 1. docuit CVIAC. obseru. L. 5. c. 8. add. Lib. 31. c. 11. Nolem tamen in hunc sensum cum CV.

vv) Conf. PETR. PERRENONIVS Aniciacio fugitivarium accipere, qui est

in c. qui vaga 1. C. Theod. Si vagum petatur mancipium (Lib. 10. Tit. 12.) sed potius cum GOTHOFREDO ad illam constit. Tom. 3. pag. 492. edit. RITTERI sentio, qui ibi fugitivarium eum esse interpretatur, qui seruum fugitivum occultat, quod ipsum postulat connexionis ratio, et sensus integri illius loci.

Conf. PETR. PERRENONIVS Aniciacio fugitivarium accipere, qui est maduers. et var. lect. Lib. 1. cap. 14.